



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**F Baptista Mantuani Bucolica Seu adolescentia in decem
eglogas diuisa**

Baptista <Mantuanus>

Daventrye, 1505

F. Baptista Mantuanus Carmelita Paridi Ceresario. P. D. S.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70222)

S. Baptista Dantuanus Carmelita
Pardi Secretario. P. D. S.

Ubi o Pardi enigma perplexum. quod cedipones ipse non solueret. Ego quinquagenarius iam canes ceteris adolescentiam meam reperit. et habeo adolescentiam simul et senectam. Sed ne longa ambage te teneam. nodum hunc dissolvo. Anno preterito cum Florentiam rediens Bononiam pervenissem. intellexi apud quendam litterarum virum esse quendam libellum meum. quem olim ante religionem dum in gymnasio paduano philosophari inciperem. ludens excuderam. et ab illa grate adolescentiam vocaueram. Carmen est bucolicum in octo eglogas diuisum. quod iam diu tanquam abortiuum putabam abolicum. Ubi id rescivi. saturnina fame repete sum percussus. et cogitavi quoniam pacto possem proli meae inferre perniciem. Quam raris ergo amicis libellum mihi vendicavi ut perderem. quem suspicabar erratis non posse non scire. At ubi intellexi et alia quaedam exemplaria superesse visum est prestare hoc quod vendicari emendare emendatumque edere. ut editione cetera que continent multa nimis iuuenilia deleantur. Hoc igitur sic castigatum duabus alijs eglogis. quas in religione lusi in calce subiunxeris tibi o Pardi iuuenis antiquae nobilitatis et studiorum ac omnium bonarum artium amantissime nostrorumque urbis decus egregium libentissime dono. ut quando tetricis illis philosophiae ac theologiae lucubrationibus quibus assidue vacas. fatigatus fueris. habeas iucundulam hanc lectiunculam. qua tanquam ludo quodam blandulo (sed liberali) lassum legendo reparet ingenium. Omnes autem penes quos immatura illa sunt exemplaria que dixi rogatos volo. ut si quid unquam fuit eis dulce meum. confestim exerant nec ulla pacto superesse permittant. Accipe ergo Pardi suavissime libellum et auctorem et ambobus tanquam rebus tuis tuo deinceps utaris arbitrio. Vale kalendis Septembris. D. L. L. L. Xvij.